

## Ad Illustrissimum Comitem Trautsonium.

*Romulus extruxit, Mars auxit mœnia, Ianus  
Et templi clauso limine fulcra dedit.  
Hinc & consilio diuinus Numa Deorum  
Erexit patrijs templa labore Dijs.  
Virtutis fano junxit sapienter Honoris,  
Ast uno clausit cardine templa duo.  
Machina pulcra quidem, multo sed pulchrius, Heros  
Trautson sic viuo marmore struxit opus.  
Huius avus, tritauus, fundamina prima fuere,  
Illustrat quorum, facta vetusta Comes  
Nam templum Iani clausit, Martisq; furori  
Iniecit Patriæ, vincula dura pater.  
Quare cum studio virtutis sidera scandat,  
Sic bene sydereum Trautson honorat opus.  
Casparus Ieschkij Med. studiosus.*

## Ad eundem I. Comitem.

*Iuno, Venus, Pallas, Paridem certamine formæ  
Mota, locarunt iudicem,  
Causa fuit pomum, quod Numen ab æthere misit  
Pulcherrima, sed aureum.  
Dote micæ ista TRAVTSONH, qui vertice pulsas  
Cæli coruscæ sidera.  
Ergo tibi hoc pomum, Rechperger iure laboris  
Offert, suo de stipite.  
Est tua nam totum prudentia sparsa per orbem,  
Scis, quid sit Astrolabium.  
Austria testis erit, claris signata trophæis,  
Binaq; bis cæli plaga.  
Testis, consilij vario discrimine rerum,  
Iutus tuis, Rex Vngarum.*

*Nec*